Noctem Lucubrationibus diem mutuis dissertionibus ac predicti instrumen-
ti fabrica cunctas studiosè horas consumantes Tum pares ac consimiles inter illos
Genij amorisque crescenti paulatim inspiratione indissolubilia vincula nectebant ast adhuc
infantes animum altiorib. nō erigebant ardens duntaxat desideriū scientijs consortium ame-
ri dilabat nec alterius rei mos gerebatur
Cum inter nobilia Mathematicis mechanica versati familiori detenti famine astronomicas
siderum rotas pingens Coelivagus irrupit Res animo habemus patrare tam precla-
ras et arduas arcana quidq; perdiscere et nostris laborib ~~[illegible]~~ nō defessus aliquis
fruatur raphotagus separemus igitur nostra nobis ne tam laboriosis fructibus ignari
absq; labore gaudeant nebulones Quin [illegible] notis has obscuris occultemus que solum nobis
legibiles sint en in prompta occasio en notas duplici sensu dotabiles ut nulla libere
cadat suspicio dirigamus ad Alphabeti normam et ordinem et mente recondita scruentur
Nec omnium assensus dicentis verborū finem passus statim decretum digeste nota in Alpha-
betum perpulcrum transiere quo in Astrolabi machina describendis secretioribus max.e
usi non spernenda utilitate
Tandem die octobris 12° comuni cum gaudio perfectum est Planisferium sive Astrola-
bum maximum in quo non solum coelestia tam Astronomica quā Astrologica sed etiam ab
his dependentia sublunaria continentur tam prisce quam recentioris sapientie perfectum
igitur fuit cum omnib. ei pertinentib. et asservatum. Tunc Lyncei tam longa actione
liberi quid sibi faciendum et pro exercitio assumendo ut in sapientiam confectis iam pre-
parationibus pateret ingressum considerantes hac de re Consilium ~~pro~~ vespertinis horis
eodem die discutiendum censere statim intimatum.